

August Varenius    Johann Nicolaus Quistorp

**Breviarii Theologici Disputatio ...**

**7 : De Distantia Dorndracenorum, & Antecessorum Reformatorum in articulo Praedestinationis, ratione mediorum fidei & salutis, Sententiarumq[ue] adeo Calvinianorum superioris & nostri seculi, circa illa, sive intervallo sive temperamento**

Rostochii: Kilius, 1670

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746212194>

Band (Druck)    Freier  Zugang




RU theol. 30. April 1670

Varenius, Aug.







BREVIARIUM THEOLOGICUM  
Controversiarum post publicatam FOR-  
MULAM CONCORDIÆ inter Theologos  
agitarum  
DISSERTATIO VII.

DE

35

Distancia Dordraceno-  
rum, & Antecessorum Reforma-  
torum in articulo Prædestinationis, ratione  
mediorum fidei & salutis,

Sententiarumq; adeo Calvinianorum superioris &  
nostri seculi, circa illa, sive intervallo  
sive temperamento.

Quam

MODERATORE DOMINO,

Qui non vult ullos perire: sed omnes ad resipiscentiam tendere

PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO, D.

& Professore Theologo, Sereniss. Ducum Mekleb.

Consistorii Assessore & h. t. Directore,

publicæ collationi Academicæ

Die XXX. Aprilis hor. ab 8 Antemerid. in AUDITORIO Magno.

submitter

JOHANNES NICOLAUS QVISTORPIUS,


Rostochiensis.

ROSTOCHII, Literis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1670.

1670 A. 30

BREVARIUM THEOLOGICI  
CONVENTUS huius publicam FOR-  
MULAM CONCORDIE inter Theologos  
DISSECTATIO VII.

De  
Dissertatio Dordraceno-  
rum & Anecessarium Reformatio-  
num in articulo de destinatione; tantum  
mediorum libri & salutis  
Sententiarum; adeo Calvinianorum superiorum &  
postea seculi, & inter valle



MODERATORE DOMINO  
AUGUSTO VARNHORNIO  
& Professore Theologiae, Secretarij Universitatis  
Rostockensis, & huiusmodi  
JOHANNES JOHANNES  
ROSTOCKIENSIS

SECTIO VII. de distantia Dordracenorum & Antecessorum  
Reformatorum in mediis fidei & salutis.

§. I.

**N**Otamus II. Nec in hypothesebus, circa media, & effectus proprios Electionis ac Reprobationis, illorumque in divino consilio & executione ordinationem vel consecutionem quicquam per Dordracenos immutatum, sic, ut à rigidiori sententiâ Supralapsariorum in mitiorem & orthodoxiâ propiorem, sincerè solideq; concesserint. Defenditur utrinque.

(1) Quos Deus sic absolutè prædestinaverit ad salutem, eosdem quoq; decrevisse participes facere mediolorum, quibus ad salutem pervenitur, quæ media sint, reconciliatio ipsorum per Christum, vocatio efficax, justificatio. (2) Contrà, quos Deus pro absoluto beneplacito suo præterivit, eos quoq; decrevisse non facere participes mediolorum illorum, quæ ad salutem perducunt, nec eorum misereri: sed sibi relinquere, aut etiam Diabolo tradere, ut tum hujus, tum pravæ suæ naturæ instinctu interitum sibi accersant, salvaq; adeò pietate dicere licere, *reprobos ideo non respicere, nec credere, nec legi Dei servanda studere, quia ad nihil horum prædestinati fuerunt.* (3) Electionis effectus proprios effectum totum opus salutis & omnes gradus redemptionis nostræ sc. (1) Missionem & donationem Christi Mediatoris. (2) Expiationem peccatorum per mortem Christi. (3) Vocationem efficacem. (4) Justificationem s. remissionem peccatorum. (5) Perseverantiam in fide, spe & charitate. (6) suscitationem ad gloriam, ipsamque sic glorificationem & vitam æternam, atq; horum, nihil commune reprobis: contrà (4) Reprobationis effectus esse (1) desertionem s. mediolorum ad salutem consequendam ordinationum privationem, atque adeò redemptionis & expiationis illius per meritum & satisfactionem Christi, vocat omis efficacis, & in hâc gratiæ irresistibilis, regenerationis seu justificationis, ipsiusque adeò perseverantiæ absolutam s. privationem s. negationem

T

nem



nem ( 2 ) excecationem & indurationem, ac proinde ( 3 ) perseverantiam in peccatis, inde 4. suscitationem ad iudicium & abjectionem in aeternas poenas.

§. 2. Nihil horum est, quod non partim in evidentiliterâ, partim necessariâ faciliq̄ue consequentiâ, vel ipsius quoque diagrammatis superioris, & in illo actu ordinationis evidentîâ, remonstrare liceat in scriptis Synodicis Dordracenis, & qui post Dordracenam Synodum scripserunt, præcipuis Dd. Reformatis, non minùs adeò, quàm supralapsarii fuerunt, non perseverantiæ solùm (cujus gradum gratiæ nos quoque particularem, & specialiter Electis destinatum: sed cæteris non absolute negatum statuimus) sed & gratiæ, voluntatis servandî, vocationis, redemptionis particularissimæ Patronis, à quibus si abiverunt quidam Doctorum, propiores nobis visi, Orthodoxiæ simulacrum potius, vel auroram quandam ostenderunt, quàm solem serenum, qui ne oreretur, per opaca noctis, quibus sese rursus involverunt, seu per hypotheses ac distinctiunculas sic hætenus prohibuerunt, ut nec, in quo tandem constiterit illorum fides, in hoc quidem prædestinationis, & qui ad hanc respiciunt, gratiæ, voluntatis servandî, redemptionis per mortem Christi, articulis vel argumentis, facillè apparuerit, nec sive nobis sese bonâ fide probare, nec domi censuram satis acerbam effugere potuerit illud, non tam mentis, quàm linguæ Calvinianæ temperamentum, quod tamen, in quantum pro nostrâ Orthodoxiâ hic facit, admittimus, velut claræ & in ipsos adversarios stricturas radiosve suos eidentis ac ejaculantis veritatis signum, & quod illos *ἀντινομιστῶν* & *ἀντιλογιστῶν* reddit, argumentum.

§. 3. Ita Dordraceni in Examine articuli I. Remonstrantium. *Ad Deo ad salutem invitatur, quibus salutem omnino non dante, ( absolute ) decrevit: e. c. civitates Galilæa & Judæa, quas Christus predicans ad salutem invitabat.* Eodem decreto absoluto.

Dreas

Deus in alijs, fidem, conversionem, per verbum & Spiritum S. efficere, alijs nec fidem nec per severantiam dare: sed cor in cæcitate vel infidelitate originali relinquere decrevit. Vid. in Act. Contra-Remonstr. part. 1. p. 291. Discriminatio illa populorum & individuatorum, ut unum dignetur gratiâ fœderis sui & vocationis per Verbum, alium non, ut ex ipsis vocatorum individujs unum donet efficaci gratiâ, fidem, conversione &c. alterum non donet: sed in ignorantia & hypocrisi relinquat, est ex mero Dei beneplacito. Ibidem in c. doctrinæ primo art. 6. & 15. Quod aliqui in tempore fide à Deo donantur, aliqui non donantur, ab æterno Electionis & reprobationis decreto provenit: secundum quoa, electorum corda quamvis dura, gratiosè emollit & ad credendum inflectit: non electos autem justo iudicio suæ malitiæ & duritiæ relinquit, & ex liberrimo beneplacito salvificâ fide & conversionis gratiâ non donare decrevit p. 341. 343.

§. 4. Sic in exam. art. 3. & 4. Remonstr. (cujus examinis quidem autor David Paræus fuit: sed sic ut Synodus illud velut accuratum de §. articulis Remonstrantium iudicium commendaverit vid. p. 288.) pro ratione triplicis status hominis (1) ante regenerationem (2) in ipsâ regeneratione seu conversione (3) post regenerationem s. conversionem, distinguitur gratia in (1) vocantem s. vocationis externæ, quâ homo foris ad fidem, obedientiam & salutem, per vocem legis & concionis Evangelii vocatur (2) operantem s. vocationis internæ, in mentibus, & cordibus Electorum, etsi hætenus nondum regeneratorum, operantis ea, quæ ad conversionem pertinent (3) cooperantem, quâ Deus bonæ voluntati hominis jam regentis intus cooperatur, & sic homo renatus in statu gratiæ corroboratur.

§. 5. Et Prima quidem in V. T. non nisi nationalis, in N. T. non quidem hodie universalis ratione populorum, tamen communis ratione omnium in cœtu externo vocatorum, ipsorumque ad eò reprobatorum resistibilis, conceditur. Tercia quoque resistibilis (sed sic, ut salvâ voluntate, resistantia saltem sit inter carnem s. sensualitatem & gratiam, & spiritus à

Carne: non solum caro à Spiritu in sanctis aliquando superetur, sicut tamen ut in illà luctà victoria ultima sit Spiritus) nō adeò negatur: secunda juxta tres gradus operationis (1) adusq. bonam illuminationis & fidei historica (2) adusq. bonum fidei temporaria, & alicujus latitia (3) usque ad bonum regenerationis & fidei salvificæ subdistinguitur, & in 1. quidem ac 2. gradu omnibus per gratiam primam s. prævenientem vocatis, ipsisque adeò reprobis quibusdam communis ac sive in gradu 1. irresistibilis (de quo quæstio non est) in 2. autem, quatenus notio illa, etsi assensum & latitiam, aliqualem producit, tamen voluntatem non efficaciter afficit, resistibilis, statuitur, in 3. autem gradus operatione (s. quatenus efficax motus & tractus misericordiæ DEI intus vocantis est, & ipsa, adeò vocatio interna) solis Electis propria, & ratione efficacis convertendi intentionis divinæ, irresistibilis asseritur & vel 13. argumentis talis à Contra-Remonstr. defenditur. conf. in Exam. p. 314. 315. 316. 318.

S. 6. Illa adeò gratia operans, s. voluntatem ex intentione DEI efficaciter & ad conversionem efficiens & hanc efficere intendens, vel quod idem est, gratia Regenerationis internæ vocationis, quâ Deus intenderit non solum potentiâ: sed & actu creandi donare, non solum cor lapideum auferre: sed & cor carneum dare, ex mente Dordracenorum & irresistibilis est, & ex absoluto Dei decreto descendens absolutè particularis. Porro, quibus absolutè negatur gratia operans, illis etiam cooperans, eademq. ex æquo irresistibilis, etsi non ratione carnis s. sensualitatis, tamen renata voluntatis. Vid. l. alleg. & supra notata: conf. quoq. quæ habentur in examine art. 1. p. 295. n. 7. & art. 4. p. 318.

S. 7. Ita in exam. art. 4. & 5. Gratia & vocatio propriè sic dicta, internæ illa, & justificationis fidei effectrix ex absoluto Dei decreto descendit. Hypocrite & æbriæ qui non perseverantes, omnia vana saltem credere dicuntur, nec per veram fidem Christo sunt infusi, & vivifici ejus Spiritus participes effecti, quales non sunt nisi perseverantes

*perseverantes & Electi vid. p. 318. 323. 324. Ita in iudicio Theologorum exterorum p. 505. Qui in sua infidelitate moriuntur, eos Deus in destinatione efficacis gratia, decreto antecedente prateriit: si ponatur, neminem reprobari, nisi ob praevisam impenitentiam & incredulitatem finalem, nihil esset mysterii in decreto reprobationis, nihil ἀνεξετάστον & impervestigabile, propter quod exclamaret Paulus: O altitudo! Rom. 11. 33. Ita p. 595. totiens iteratur illud intercalare carmen: Non omnes efficaciter à Deo vocantur. Deus non vult omnes salvos facere serio, nec ad eò serio vult, ut omnes salvifiant. & p. 594. ad quaestionem: An Deus omnes externè vocator, suo spiritu intus sufficienter trahat? Remonstrantibus affirmantibus, Dordraceni respondent negando, & ponunt antithesin: Etiam si salutis externa media, quod ad ipsa media attinet, possint esse omnibus sufficientia, tamen in eis tantum, efficacia sunt, quibus Deus gratiam suam specialem largitur. Ideoq; internam gratiam quod attinet, quâ Deus excitat, adjuvat, movet, dirigit corda hominum, ea in nullis sufficientia est, quin simul sit efficax. At hoc non nisi in solis absolutè Electis. E. Ita p. 597. Deus ex mero beneplacito propter peccatum reprobavit, nec peccatum, reprobationis, velut aeternae Dei voluntatis, causa esse potest. Deus illis, quos eligere voluit, fidei, respicientia, perseverantia donum dare decrevit, aliis autem dare non voluit. Non potest aliter hæc responderi; quam quod ita Deo placuerit. In hoc beneplacito merito debemus omnes acquiescere. Ita Emdani in hypothesi 1. concedunt: Deum neminem reprobasse propter peccatum. In hypothesi 3. pergunt: Deus hominem reprobens, quod hunc prateriit, illum assumat, huius misereatur, illius non misereatur, in eo nemini facit injuriam, non magis quam Princeps aliquis, quod non omnes assumit ad aulam, & ad honores summos evehit: sed quosdam prateriit. Ita sc. Princeps quosdam ad aulae palatiive dignationes vel honores non assumens (quibus tamen, dum auream quisquis mediocritatem diligit, tutus caret obsoleti fordidibus rectori, caret invidendâ sobrius aulâ, etiam extra illas condi-*

tionem non malè esse potest) & Deus à gratiâ & gloriâ absolutè quosdam excludens, in miseriâ exitiove relinquens, vel ad æternos in inferno cruciatus destinans, comparantur, velut jure absolutæ & doniis agentes, qui quidem Elenchus parium insignis & quo non absurdior alter Elenchus oppositorum est. Addunt sc. iidem: *Finem reprobationis non esse interitum vel exitium reprobatorum* (quippe in quo hos Deus jam inveniat, non demum in illud conjiciat) *sed gloriam Dei & salutem Electorum*. Quomodo enim ex illorum hypothefibus miseria vel exitium & supponatur ante reprobationem, & sit terminus reprobationis s. destinationis illius factæ ab æterno, & huic porrò destinationi, gloria Dei summè justi subordinetur, ex Witakero ante, & Maccovio, post Dordracenā synodum scriptoribus, notatum jam supra. Et quomodo non *saluti: sed desperationi* Electorum (è *duvandi*) promovendæ militet illa *reprobationis* Calvinianæ hypothefis, resipfa clamat.

§. 8. Sic in hypothefi §. negationem sufficientis ad salutem gratiæ vel mediorem, loquuntur sequentibus verbis. *Deus is, quos ex beneplacito suo in miseriâ relinquere decrevit, mediis quoque ad salutem necessaria non conferre decrevit & cum posuisset jam ante Remonstrantium Eximius Episcopus thesin 3. de reprobatione talem: DELIS nemini mortalium sufficientem gratiam, cujus beneficio salutem consequi possit, absolutâ voluntate negare constituit, addunt brevem Theses: Falsa est ista thesis Episcopi: percontantemq; rationes Theses ablegant in Indiam occidentalem, ad Johannē Læziū, qui ex ipsâ praxi falsitatem Remonstranti sit remonstraturus. conf. in Act. Dordr. part. I. p. 599. Ita p. 605. Theologi magnæ Britanniæ Deus nullo pacto aut promisso tenetur Evangelium aut gratiam salutiferam omnibus & singulis communicare, nec de facto Evangelii præconium omnibus & singulis annunciare unquam est dignatus: nec ullum in s. literis promissum est, quò Deus sese obstrinxerit ad gratiam illam omnibus & singulis communicandam.*

Ita

Ita Naffovio Wetteravici p. 709. & Emdani p. 732. & 745. *Vocatio* qua fit per librum scriptura, non est universalis omnium hominum, sed aliquorum quos Deus sic dignatur, & hac est quidem sufficiens ad conversionem secundum quid, non tamen simpliciter b. e. sine interna motionis & tractionis gratia, sine qua quatenus converti impossibile & cujus respectu gratia sufficiens est quoque efficiens i. efficax. Si autem queratur, cur Deus hanc gratiam non omnibus impertiatur, quos externe vocat, dicendum cum Christo: Etiam Pater, quia sic complacuit. Ita p. 736. Gratia Dei & Spiritui S. hominem intus convertere volenti vel efficaciter operanti, resistere homo non potest, at resistere potest Spiritui S. foris per verbi ministerium gratiam ipsis offerenti, quales illi Act. 7. 51. Matth. 23. 37. 38. aut loquitur de voluntate sua deitatis, qua tamen fuit saltem voluntas signi, non voluntas beneplaciti, aut de voluntate sua humanitatis, ratione muneris Prophetici & ministerii Evangelici, quo respectu ad modum Ministrum Evangelii, relicto penes Deum arcano suo consilio omnes suos Auditores promiscue aggregari voluit: ceterum addunt ibidem hanc Christis, ut hominis voluntatem discernendam esse ab illa aeterna & immutabili Deitatis sua voluntate, qua multos sc. qui non fuerunt aggregati, aggregare noluit conf. p. 738. & 746. Gratia praeveniens sicut & preparans, operans, cooperans, interna cum externo Verbi praecipio conjuncta non est communis gratia: sed tantummodo electorum. Multa quidem dona communia dantur hypocritis, etiam praeter externam verbi praedicationem, mentis illuminatio, quamvis non specialis illa qua datur electis: sed nullum omnium illorum donorum separatim, neque conjunctim omnia, cum communia sunt, ad salutem consequendam sufficientia sunt. Conferantur autem cum his quae supra notata sunt ex examine art. Remonst. & actis part. 1. p. 312. & constabit vel alia Gratia praevenientis suppositio, vel manifesta judiciorum Synodicorum Dordracenorum contradictio. Ita p. 796. & p. 801. *Fides Electorum est propria* (eadem ratio regenerationis) item *Fides temporaria* qualis datur aliquando non Electis

Electis s. Reprobis, vera & justificans fides est: sed causâ efficiente, subiecto, formâ, sine potaq, ad eò specie differt.

S. 9. Ita Noort-Hollandi Dordraceni: Deus prout ex (absoluto) suo beneplacito decrevit quosdam homines in lapsu & miseriâ relinquere: sic quoq, decrevit media ad fidem & conversionem necessaria ac sufficientia eis non conferre. Act. Dordr. in jud. Provin. c. p. 86. & 87. Agnoscunt quidē illi p. 88. Deum ab aeterno non decrevisse aliquem damnare, nisi propter peccatum, negant tamen antecedentem infidelitatem & in eâ perseverantiâ aut peccata actualia, qua Deus futura prœvidit, causam esse, cur eos homines Deus non elegerit, quos justè propter peccata damnat: quin non solùm negant, peccatum vel infidelitatem, causam non electionis s. præteritionis: sed & positivæ reprobationis s. decreti damnationis: alia, inquit, est causa non electionis s. præteritionis: alia (non decreti damnationis: sed) damnationis. Et hujus quidem, prout in executione: ita & in decreto causa unica & sola illis est peccatum: sic tamen, ut prout peccatum & infidelitas illis non est causa desertionis s. non electionis & mediorum ad salutem sive necessariorum s. sufficientium, negationis: ita nec ipsius decreti, non electorum damnationis: quia sc. cum omnes suâ naturâ sint infideles & peccatores, & eadem causa in eodem subiecto semper eundem effectum producit, prout sic omnes futuri erant objectum divinæ præteritionis s. non electionis: ita quoque decreti damnationis: utrumque ergò absolutè decrevit, sic tamen ut prout in tempore ob peccatum damnat: ita quoque decreverit, peccatum futuræ damnationis sententiæ includere, & absolutè præteritos ob peccatum damnare v. p. 87.

S. 10. Clarissimè se explicant Dordraceni in judicio Drentanorum p. 150. Reprobatio est à solo Dei beneplacito, bonaq, liberâ & absolutâ voluntate, idque intelligendum non tantùm de reprobatione à Gratiâ: sed & à Gloriâ: in illâ quidem Deus tantùm agit secundùm jus absolutum: in istâ partim ex jure absoluto, partim ordinato,

ordinato, unde apparet, quod utrumq; rectè dicatur (1) reprobationem esse absolutam. (2) in eà, Deum aliquem respectum habuisse ad peccata & pravitatem reprobatorum, nequaquam tamen, ac si reprobatio facta sit secundum considerationem antecedentem infidelitatis. Ita in judicio deputatorum Synodi Geldricæ, quod pars actorum Synodi Drodracenæ, in jud. prov. p. 169, Remonstrantibus hunc Syllogismum opponentibus:

*Qui debent Christo vivere, pro iis Christus est mortuus*

*At non soli Electi debent Christo vivere. E.*

*Christus non pro solis Electis est mortuus*

respondent Dordraceni contra Remonstrantes argumentum, invertendo dupliciter (1)

*Pro quibus mortuus & excitatus est, illi debent Christo vivere*

*Pro solis fidelibus Christus mortuus & excitatus est.*

*E. soli fideles debent Christo vivere*

ubi, cum, nisi majoris termini supponantur convertibiles, evidens sit in formâ vitium, vix opus esset syllogismo novo, tamen addunt secundum:

*Quicumq; debent Christo vivere, pro iis ille mortuus & excitatus est.*

*Soli fideles debent Christo vivere. E.*

*Pro solis fidelibus Christus mortuus & excitatus est.*

unde sententiam Universalis Jesu Christi meriti dicunt esse falsam, pietati noxiam, Dei justitiæ injuriam, paradoxis, salutis nostræ mediæque salutis dispensationem subvertentibus, & ex Ecclesiâ Christianâ exterminandis, quanta quanta est superstructâ simul & substructâ vid. in Jud. Prov. p. 169. opponuntque, Christum quidem mortem crucis ignominiosissimam sustinuisse, & justitiæ divinæ plenissimè satisfecisse, vice & loco omnium & singulorum hominum: sed cum addito: quorum ex merâ gratiâ misereri Deus voluit. sc. prout gratiosus ille miserendi in Deo affectus, qui Mediatorem Christum ordinavit, juxta illos pro objecto solos absolute Electos habuit: ita quoque *Christus non pro omnibus & singulis homini-*



*hominibus, sed pro multis hominibus i. e. pro solis electis mortuus est* vid. p. 170. quo sensu nec id Calvinus vel quisquam Calvinianorum sive ante, sive post Dordracenam Synodum, imò nec ante Calvinum, Zwinglius, vel Zwinglianorum ullus negaverit.

§. 11. *Iidem Dordraceni p. 173. in Jud. Provinc. Et si, inquit, inculcamus omnibus, ipsos ad vitam aeternam non posse ingredi, nec à peccatis, irà Dei, & damnatione liberari, nisi per Christum; tamen non omnibus promiscuè hominibus mandatum dicimus, ut in Christum credant: sed tantùm omnibus & singulis verè penitentibus, quippe quorum omnium jam misertus est.* Ita Theol. Geldrici in Jud. Prov. p. 160. Προνομήνη vocationis causa non est Φιλανθρωπία generatim ita vocata: sed Ἐδοξία & ἠεθέσις (quæ juxta Reformatos absoluta est, & ad eò absoluto decreto non nisi solum Electorum, unde statim addunt) Corruit ergò fundamentum universalis ad salutem vocationis. Singulari enim hoc affectu non singulos: sed singulares homines prosequitur Deus, neq; latius vel ad plures sese affectus ille exerit, quàm ad quos se extendit: & quicquid invocatis efficere & perficere intendit, illud quoq; efficit & perficit.

§. 12. Uta sanè Synodus Dordracena in propositione Capituli 3. & 4. Doctrinæ, illo est artificio, ut occuleret studiosè hypotheses odiosiores, & linguâ calamove propius orthodoxia accederet, sic, ut si de donorum illorum in ordine ad solos Electos, & respectu executionis, quæ fit in tempore, agatur dispensatione, salvis de cetero universalibus gratiæ, sive concedi, sive saltem benigniori explicatione mitigari, si non omnia tamen longè plurima illorum articulorum possint, fieri tamen haut potuerit, quin remanerent enthymematum heterodoxorum λείψανα, igniumve cineri doloso suppositorum scintillationes quædam. Sic art. 8. c. 3. & 4. p. 1. Act. pag. 360. Canon Dordracenus habet, quæ videbantur maximè orthodoxa, & suæ sectæ hypothesebus contradictoria; Quotquot per Evangelium

VOCATIO

vocantur, seriò vocantur & art. 8. Quod multi per ministerium Evan-  
gelii vocati non veniunt & non convertuntur, hujus culpa non est in  
Evangelio, nec in Christo per Evangelium oblato, nec in Deo per Evan-  
gelium vocante, & dona etiam varia eis conferente: sed in vocatis  
ipsis, quorum aliqui verbum vite non admittunt securi, alii admit-  
tunt quidem: sed non in eos immittunt.

§. 13. Contraria his non supralapsariorum solum ante sy-  
nodum: sed & Dordracenorum hypothesis est: quicquid Deus  
in negotio salutis seriò vult, hoc fit. Quoscunque Deus se-  
riò vult in Christum credere, regenerari, servari, illi in Christum cre-  
dunt, regenerantur, servantur, & contra: Q. non in Christum cre-  
dunt, regenerantur, servantur, illos Deus nunquam seriò vo-  
luit credere, regenerari, servari, illis absolutè gratiam veræ fi-  
dei, regenerationis, salutis denegavit, ut adeò ab universali in  
Christum credendi mandato, ad seriam in Deo voluntatem sa-  
lutis omnium, vel saltim omnium vocatorum, juxta illos, non  
valeat illatio. Quicquid igitur habet art. 8. de seriâ Dei voca-  
tione, sive intelligendum fuerit de vocatione solorum Electorum,  
per Gratiam usq; ad bonum fidei salvifica, regenerationis, ipsiusque  
adeò perseverantia in mentibus & cordibus solorum electorum ines-  
cibili & irresistibili modo operantem, sive de seriâ saltim ostensi-  
vè, quatenus Deus non quidem omnibus vocatis intendit dare  
gratiam quâ actu credant: sed ostendit nihilominus gratiam sibi fo-  
re ut vocati credant: & promittit vitam aeternam seriò, si credant.  
Quicquid articulus 8. de vocatione externâ & gratiâ præveni-  
ente, etsi hujus quoque apud illos hanc par suppositio (nunc  
enim velut Electorum propria describitur p. 746.)  
vel de gratiâ quidem operante: sed saltim sive in gradu 1. ad usq;  
bonum illuminationis & fidei historice, sive in gradu 2. ad usq;  
bonum fidei temporaria, & alicujus latitiae. Si quippe quaratur

I. Degnon ois pcat <sup>1. Degnon ois pcat</sup> <sup>2. Degnon ois pcat</sup> <sup>3. Degnon ois pcat</sup> <sup>4. Degnon ois pcat</sup> <sup>5. Degnon ois pcat</sup> <sup>6. Degnon ois pcat</sup> <sup>7. Degnon ois pcat</sup> <sup>8. Degnon ois pcat</sup> <sup>9. Degnon ois pcat</sup> <sup>10. Degnon ois pcat</sup> <sup>11. Degnon ois pcat</sup> <sup>12. Degnon ois pcat</sup> <sup>13. Degnon ois pcat</sup> <sup>14. Degnon ois pcat</sup> <sup>15. Degnon ois pcat</sup> <sup>16. Degnon ois pcat</sup> <sup>17. Degnon ois pcat</sup> <sup>18. Degnon ois pcat</sup> <sup>19. Degnon ois pcat</sup> <sup>20. Degnon ois pcat</sup> <sup>21. Degnon ois pcat</sup> <sup>22. Degnon ois pcat</sup> <sup>23. Degnon ois pcat</sup> <sup>24. Degnon ois pcat</sup> <sup>25. Degnon ois pcat</sup> <sup>26. Degnon ois pcat</sup> <sup>27. Degnon ois pcat</sup> <sup>28. Degnon ois pcat</sup> <sup>29. Degnon ois pcat</sup> <sup>30. Degnon ois pcat</sup> <sup>31. Degnon ois pcat</sup> <sup>32. Degnon ois pcat</sup> <sup>33. Degnon ois pcat</sup> <sup>34. Degnon ois pcat</sup> <sup>35. Degnon ois pcat</sup> <sup>36. Degnon ois pcat</sup> <sup>37. Degnon ois pcat</sup> <sup>38. Degnon ois pcat</sup> <sup>39. Degnon ois pcat</sup> <sup>40. Degnon ois pcat</sup> <sup>41. Degnon ois pcat</sup> <sup>42. Degnon ois pcat</sup> <sup>43. Degnon ois pcat</sup> <sup>44. Degnon ois pcat</sup> <sup>45. Degnon ois pcat</sup> <sup>46. Degnon ois pcat</sup> <sup>47. Degnon ois pcat</sup> <sup>48. Degnon ois pcat</sup> <sup>49. Degnon ois pcat</sup> <sup>50. Degnon ois pcat</sup> <sup>51. Degnon ois pcat</sup> <sup>52. Degnon ois pcat</sup> <sup>53. Degnon ois pcat</sup> <sup>54. Degnon ois pcat</sup> <sup>55. Degnon ois pcat</sup> <sup>56. Degnon ois pcat</sup> <sup>57. Degnon ois pcat</sup> <sup>58. Degnon ois pcat</sup> <sup>59. Degnon ois pcat</sup> <sup>60. Degnon ois pcat</sup> <sup>61. Degnon ois pcat</sup> <sup>62. Degnon ois pcat</sup> <sup>63. Degnon ois pcat</sup> <sup>64. Degnon ois pcat</sup> <sup>65. Degnon ois pcat</sup> <sup>66. Degnon ois pcat</sup> <sup>67. Degnon ois pcat</sup> <sup>68. Degnon ois pcat</sup> <sup>69. Degnon ois pcat</sup> <sup>70. Degnon ois pcat</sup> <sup>71. Degnon ois pcat</sup> <sup>72. Degnon ois pcat</sup> <sup>73. Degnon ois pcat</sup> <sup>74. Degnon ois pcat</sup> <sup>75. Degnon ois pcat</sup> <sup>76. Degnon ois pcat</sup> <sup>77. Degnon ois pcat</sup> <sup>78. Degnon ois pcat</sup> <sup>79. Degnon ois pcat</sup> <sup>80. Degnon ois pcat</sup> <sup>81. Degnon ois pcat</sup> <sup>82. Degnon ois pcat</sup> <sup>83. Degnon ois pcat</sup> <sup>84. Degnon ois pcat</sup> <sup>85. Degnon ois pcat</sup> <sup>86. Degnon ois pcat</sup> <sup>87. Degnon ois pcat</sup> <sup>88. Degnon ois pcat</sup> <sup>89. Degnon ois pcat</sup> <sup>90. Degnon ois pcat</sup> <sup>91. Degnon ois pcat</sup> <sup>92. Degnon ois pcat</sup> <sup>93. Degnon ois pcat</sup> <sup>94. Degnon ois pcat</sup> <sup>95. Degnon ois pcat</sup> <sup>96. Degnon ois pcat</sup> <sup>97. Degnon ois pcat</sup> <sup>98. Degnon ois pcat</sup> <sup>99. Degnon ois pcat</sup> <sup>100. Degnon ois pcat</sup>

**II. Degnon** <sup>1. Degnon</sup> <sup>2. Degnon</sup> <sup>3. Degnon</sup> <sup>4. Degnon</sup> <sup>5. Degnon</sup> <sup>6. Degnon</sup> <sup>7. Degnon</sup> <sup>8. Degnon</sup> <sup>9. Degnon</sup> <sup>10. Degnon</sup> <sup>11. Degnon</sup> <sup>12. Degnon</sup> <sup>13. Degnon</sup> <sup>14. Degnon</sup> <sup>15. Degnon</sup> <sup>16. Degnon</sup> <sup>17. Degnon</sup> <sup>18. Degnon</sup> <sup>19. Degnon</sup> <sup>20. Degnon</sup> <sup>21. Degnon</sup> <sup>22. Degnon</sup> <sup>23. Degnon</sup> <sup>24. Degnon</sup> <sup>25. Degnon</sup> <sup>26. Degnon</sup> <sup>27. Degnon</sup> <sup>28. Degnon</sup> <sup>29. Degnon</sup> <sup>30. Degnon</sup> <sup>31. Degnon</sup> <sup>32. Degnon</sup> <sup>33. Degnon</sup> <sup>34. Degnon</sup> <sup>35. Degnon</sup> <sup>36. Degnon</sup> <sup>37. Degnon</sup> <sup>38. Degnon</sup> <sup>39. Degnon</sup> <sup>40. Degnon</sup> <sup>41. Degnon</sup> <sup>42. Degnon</sup> <sup>43. Degnon</sup> <sup>44. Degnon</sup> <sup>45. Degnon</sup> <sup>46. Degnon</sup> <sup>47. Degnon</sup> <sup>48. Degnon</sup> <sup>49. Degnon</sup> <sup>50. Degnon</sup> <sup>51. Degnon</sup> <sup>52. Degnon</sup> <sup>53. Degnon</sup> <sup>54. Degnon</sup> <sup>55. Degnon</sup> <sup>56. Degnon</sup> <sup>57. Degnon</sup> <sup>58. Degnon</sup> <sup>59. Degnon</sup> <sup>60. Degnon</sup> <sup>61. Degnon</sup> <sup>62. Degnon</sup> <sup>63. Degnon</sup> <sup>64. Degnon</sup> <sup>65. Degnon</sup> <sup>66. Degnon</sup> <sup>67. Degnon</sup> <sup>68. Degnon</sup> <sup>69. Degnon</sup> <sup>70. Degnon</sup> <sup>71. Degnon</sup> <sup>72. Degnon</sup> <sup>73. Degnon</sup> <sup>74. Degnon</sup> <sup>75. Degnon</sup> <sup>76. Degnon</sup> <sup>77. Degnon</sup> <sup>78. Degnon</sup> <sup>79. Degnon</sup> <sup>80. Degnon</sup> <sup>81. Degnon</sup> <sup>82. Degnon</sup> <sup>83. Degnon</sup> <sup>84. Degnon</sup> <sup>85. Degnon</sup> <sup>86. Degnon</sup> <sup>87. Degnon</sup> <sup>88. Degnon</sup> <sup>89. Degnon</sup> <sup>90. Degnon</sup> <sup>91. Degnon</sup> <sup>92. Degnon</sup> <sup>93. Degnon</sup> <sup>94. Degnon</sup> <sup>95. Degnon</sup> <sup>96. Degnon</sup> <sup>97. Degnon</sup> <sup>98. Degnon</sup> <sup>99. Degnon</sup> <sup>100. Degnon</sup>

**S. 14.** Sic in reject. errorum art. 8. p. 365. defendunt, gratiam conversionis sic habere, ut positus omnibus eius operationibus, homo nec actu resistat, nec resistere possit: Deum quippe in conversione hominis eas sua omnipotentia vires adhibere, quibus voluntatem ad fidem & conversionem potenter & infallibiliter flectat. Quæsitum, indè: An Deus in convertendo homine exerceat suam omnipotentiam? Negatum id à Remonstantibus, quia sc. Deus hominem non cogat, nec vim hominis libero arbitrio inferat, cujus consequens: Gratiam, ipsa mque Dei voluntatem antecedentem esse resistibilem.

*stibilem.* Affirmarunt Contra Remonstrantes, & inde concluderunt, gratiã irresistibile. conf. in Actis p. 408. in jud. provinc. p. 261.

§. 15. Ceterum prout ibi à negatione coactionis vel modi violenti operationis, ad negationem gratiæ potenter agentis, non valet illatio: ita nec ab assertione Omnipotentis gratiæ, vel operationis divini, ad assertionem irresistibilis gratiæ valet consequentia. Sed nec valet illatio à negatione effectus universalis objective, ad negationem gratiæ potenter agentis. Non omnes actu convertuntur. E Deus in conversionis negotio non agit omnipotenter. Concludendum. E. non agit omnipotenter, s. secundum solam & absolutam potentiam, præcisâ voluntate, misericordiâ, & justitiâ consideratam: ut nihilominus ita agat secundum potentiam & inclusâ voluntate ordinatâ consideratam, sic ut potentia illa exerat sese vel per effectum gratiæ in conversis & electis, vel per effectum vindicatricis justitiæ in resistantibus reprobis. Licet autem omnes homines posset convertere, si absolutè vellet; tamen non propterea non actu convertit omnes, quia absolutè non vult, & nihilominus quos convertit vel actu credentes facit, in illis τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ & ἐνεργείας τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ s. supereminentem magnitudinem potentia sua & efficacitatem roboris virium declarat Ephes. 1. 19. quin, quod de DEO ne cogitari quidem sine impietate posse, notatum à Contra Remonstrantibus sc. dici Deum omnes quasi nervos & vires intendere, illud de seipso Messias Orator clarissimè prædicat Isaia 49. 3. clamans, non solum, illud יגעתי i. e. laboravi: sed & כחתי כחי i. e. vires meas omnes insumsi, etsi, prout ob multitudinem reproborum apparebat, additur פריק i. e. frustra, vel vanè & inaniter.

§. 16. Quæ supra attulimus de mente Dordracenorum circa gratiam vocationis, amplius quoque constare possunt ex iudiciis Theolog. exterorum. Ita p. 576. n. 25. Deus reprobos:

aut nullâ, prorsus externâ per Evangelium vocatione dignatur, aut quosdam eorum per vocem Evangelii quidem externâ, sine adjunctâ tamen internâ spiritali efficaciâ vocat, aut in nonnullis etiam quendam assensum, & quandam fidei speciem gignit. Nec minùs Emdani in eodem iudicio p. 595. An Deus seriò velit omnes salvos fieri? respondent, negando. Probant sc. quia (1) Deus non vult seriò omnes salvos facere: quia (2) non omnes efficaciter vocantur, quia (3) tum non esset reprobatio: sed omnes essent electi: quia (4) pauci salvantur, quia (5) Deus non esset omnipotens (6) frustraretur suo fine (7) voluntas Dei irresistibilis (8) Deus non offeri omnibus suam gratiam, & ne quidem externè eos vocat, ex quibus licet 1. de intentione voluntatis ordinatæ intellectum, quin & 2. ac 8. resp. absolute negatæ vocationis & conversionis mediorem, apertè falsum, in cæteris omnibus aperta constet ignoratio Elenchi: (sequerentur sc. illa ex hypothesi voluntatis absolute) nunc tamen saltim proponimus illa, ostensuri, quàm Dordraceni in hypothesebus particularissimæ gratiæ, vocationis sufficientis vel efficaci (à parte Dei) voluntatis item servandi, objectivè, non universalis: sed particularis, nihil remiserint à rigore ante Dordracenorum, vel, quos sic barbarâ voce appellant, *supralapsariorum*, quàmque in capite 3. & 4. doctrinæ Dordracenorum articulo 8. de Deo, quotquot per Evangelium vocantur (etsi non veniant, & non convertuntur) seriò vocante, parum seriò ex mente Patrum tunc conscriptorum habeant. Ita p. 709. distinguunt inter vocationem communem (quæ sit vel prædicationis, vel illuminationis quæ secundum quid ad conversionem sit sufficiens) & propriam solum Electorum, quorum referunt interna motionis vel tractionis & renovationis gratiam quæ sola sit sufficiens ad conversionem simpliciter, & ex intentione Dei seriâ particularis. Addantur his pluscula ex Jud. prov. p. 200. 201. 267. 268. 318. &c.

§. 17. Negare haut licet, & in Synodo Dordracenâ & post

post hanc inter ipsos Reformatos, horum cetera communio-  
nis, fuisse Viros eruditissimos, *Jobannem Davenantium, Ludovi-  
cum Crocium, Mosen Amyraldum, Jobannem Dallæum*, ceterosq;  
qui in Galliâ præsertim, & maximè in Academia Salmuriensi,  
*Universalis gratiæ & redemptionis* defensores usque adeò strenuos  
se ostenderunt, ut ceteris quoque Reformatis Doctoribus de  
Syncretismo cum Theologis Augustanis vel A. Conf. addictis,  
vehementer suspecti, certè digni fuerint visi, qui peculiari no-  
mine sectario discreti nominarentur *Hypothetici*. Nec aliter ha-  
bit *Alemsonensis & Charentonensis* Synodus, pro quâ utraque op-  
pugnata Apologias tum alii scripsere, tum ex professo jam no-  
minatus l. Dallæus, Tanaquilli Fabri iudicio, Vir *πυρρανθής  
ἀναγνώσεως μέγας*, & purioris Theologia clarissimum sidus, confessus,  
Reformatorum plurimorum sententiam hic verbo divino &  
pietati esse contrariam, fidei ac ministerii verbi, & sacramen-  
torum everivam, Anabaptistico, Ent husiastico, Manichæo, So-  
ciniano fermento inquinatam. Cæterum, ut illa veritatis  
vis, quæ ipsis Adversariis aciem oculorum perstrinxit, propio-  
resque alicubi Orthodoxiæ in doctrinâ de *gratiâ & redemptione  
universali* primarios Reformatorum reddidit, non irreveren-  
ter habenda: ita nec toti Ecclesiæ Reformatorum tale dogma  
imputandum, nec recessus inde sive Dordracenorum sive Re-  
formatorum Dd. post Dordracenam Synodum, à placitis An-  
tecessorum rigorosiorum tantus præsumendus, de quo prolixè  
gratulandum sit Ecclesiæ.

§. 18. Primò enim si quorundam Dd. *διεσπασμένων γνώμας* si  
*discrepantes sententiæ* ad Ecclesiæ consensum sufficiunt, nec su-  
pralapsariis numerus elegans defuit veriora: hic sive sentientium,  
sive saltim scribentium, ut adeò per hos nullus recessus à  
rigore dogmatis magis post, quàm ante Dordracenam Synodum  
vel si per hos *ὀρθοδοξώνας* scribentes, talis probetur, ipsi Synodo  
Dordracenæ, & longè plurimis post Synodum scribentibus re-  
cessus

cessus à vero ad falsum, vel à sententiâ meliori ad pejorem rigo-  
rosioremque veriùs imputatur. Sanè non *Bullingerus* solum,  
*Musculus*, *Hyperius*, *Pelicanus*: sed & ipsum *Corpus doctrinae Phi-*  
*lippi*, ac vetustiores Reformatorem *Confessiones*, & *Catecheses*,  
*de universali gratiâ & salvandi voluntate* clarissimè sæpè pro veri-  
tate Catholicâ loquuntur, & rectiùs longè quàm Dordraceni,  
adeò ut si missis illis horridioribus *Calvini*, *Bezae*, *Piscatoris*, *Go-*  
*mari* (qui & ante Synodum scripsit, & Synodi pars haut parva  
fuit) & superioribus illis Dordracenorum, non tam Judiciis quàm  
universalis *Philanthropiâs* divinæ præjudiciis, ad vetera illa cau-  
sa præsens revocetur, in propinquo hîc fuerit Ecclesiarum pax,  
magnum Irenicis de cœtero consiliis allatura momentû. Manet  
adeò, si nunc ex quibusdâ Dd. discrepantibus sententiis judican-  
dum de Eccles. Reformatorem E. & olim: vel si non hoc, nec illud.

§. 19. Quin nec negare licet, in ipsâ Lutheri Cathedrâ,  
occasione belli de libero hominis arbitrio magno Zelo contra  
Pontificios oppugnato, multa paulò asperius vel horridiùs dis-  
putata & asserta fuisse, quorum amplissima in scriptis priori-  
bus, *Philippi* præprimis, etiam laudatis à M. *Luthero* continen-  
tur vestigia, qualia illa de *Prædestinatione divinâ*, omnem volun-  
tati humana, tum in externis operibus, tum internis cogitationibus  
libertatem adimente, de absolutâ omnium necessitate, & contin-  
gentiâ in rebus humanis nullitate, de adequato objecto voluntaris  
& præscientiâ divinæ, de aliâ, *Dei patefacti*, aliâ *Dei absconditi*  
voce, & dicti illius: *Nolo mortem morientis*, de patefactâ voluntate  
signi, non autem oppositâ beneplaciti interpretatione. Cœte-  
rum hæc & his sive asperiora sive paria plurima alia, sic dein  
*Philippus* sive molliori explicatione sensim mitigavit, sive pla-  
nè sustulit, ut in omnibus libellis, Theologicis, Ethicis, Phy-  
siccis, Dialecticis, has de necessitate, ut vocat *Stoicâ* & *Manichæâ*  
opiniones, vivente adhuc *Luthero* confutarit & retractarit,  
nihil

nihil deinceps magis execratus, quàm contradictorias in Deo, aliam sc. patefacti, aliam absconditi, voluntates, & Deum ad eò boni æquè ac mali in naturâ Autorem: quas hypotheses favore illos, qui Deum patefactum in VERBO gratiam suam, & Christi beneficia omnibus universaliter offerre, in arcanâ verò vel absconditâ voluntate suâ certos tantùm & paucos homines, quibus salutem & salutis media absolutè impertiat, excepisse sentiunt, & in Calvinianorum scholis retineri, publicè constat. Sublatis igitur prioribus illis hypothesibus, alias cum Luthero substituit, quas communi consensu nunc, Ecclesiæ Augustanam Confessionem invariata professæ, amplectuntur, videlicet: hanc verè esse Dei veracis voluntatem, quam in verbo patefecit, & sceleratam impietatè esse, in uno Deo contradictorias voluntates statuere. Voluntatem autem Dei patefactam hanc esse, quod velit *omnes homines salvos fieri, quod nolit mortem peccatoris: sed ut convertatur & vivat*: quod Christus pro omnium hominum peccatis suâ morte satisfecerit, ac omnibus redemptionem & salutem æternam promeruerit, promissionem, gratiæ esse universalem, omnibus Christi beneficiâ seriò offerri mandatum jubens ea fide amplecti ad omnes pertinere, sententiam, *DEUS vult omnes homines salvos fieri*, universaliter, ut verba sonant, intelligendam esse. Hæc, inquam, & his gemella. Orthodoxa cum novissimæ ætatis Philippus constanter defenderit, certè in Corpore doctrinæ mentem sic clarè satis explicaverit, optandum foret, ut qui in Philippo aliàs, velut suo, mirificè triumphant, in hæc Philippi doctrinâ nobiscum conquiescerent, & sic (sive ipse Lutherus in anterioribus scriptis & libro, de servo arbitrio, dum, cui à Pelago nomen, Pelagii procellas cautus horruit, Prædestinatianorum litus iniquum presserit, sive Philippo, prout initiò sic scribere, ita dein retractare permiserit) ut legere Lutheri Philippive libros: ita & proficere



eere cum illis curarent. Sic in hoc quidem dogmate jam foret  
Pax.

§. 20. Quin (2) pauci illi *universalis gratia defensores*,  
ceteris longè numerosioribus Prædestinarianis, Calvini sequa-  
cibus, jamdudum sub *Hypotheticorum* nomine facti sunt signum,  
contradictionis, habitiq; velut sive syncrerismi, cum nobis &  
Jesuitis in hoc dogmate, rei, sive ad Jesuitarum Pelagiana,  
dogmata apertè prolapsi: quomodo Mosen Amyraldum, Riveti  
judicio, Hypotheticorum Coryphæum, aliosq; Salmurienses vel  
Hypotheticos, e. c. Ludovicum Crocium, Bergium, Fr. Spanhe-  
mius vivens, mortuumq; per vindicias posthumas, Rivetus, Ma-  
resius, cæterique Retorfortes exagitarunt. Conferatur in pri-  
mis hîc Maresius Scholiastes in Catech. gratiæ, ubi inter oppo-  
sitos Prædestinarianis heterodoxos, velut Semipelagianos, præ-  
ter Pontificios, quos jam Catechistes tetigerat, annumerat ipse  
in Scholiis (1) *Lutheranos* (2) *Remonstrantes* (3) *Hypotheticos*: quin  
usque adeò vehementer voluntatem Dei seriam & universalem  
resipiscentiæ & salutis oppugnarunt post-Dordraceni, ut Mare-  
sius dogma illud de *Universalitate gratiæ & redemptionis*, *Pelagianum pelagus* blasphemè nominare non erubuerit: vid. ille in Syn-  
opsi quæst. de Cœnâ, & constanter cum cæteris defenderit the-  
sin sequentem: *DEUM nolle illos omnes salvari, quibus verbum  
externum predicatur: nec probari talem voluntatem ex mandato  
resipiscentiæ universalis, quippe quod non fluat ex oblatione beneficii:  
sed ex actione off. ii. A mandato Dei ad beneplacitum s. voluntatem  
decernentem non valere consequentiam: Deum vocantem impios  
vel his promittentem, habere instar aratoris, qui cum stimulo bo-  
ves agitare intendat, impingit nihilominus aliquando in aratrum,  
& tamen hoc impellere non intendit, nec impellit, vel prout habet al-  
terum simile Maresianum in sanctitatem Dei blasphemum,  
habere per modum Legislatoris, qui vetans aliquid aus præcipiens,*  
*sapè*

sepe non tam intendit actus sive prohibiti intermissionem, sive mandati praestationem, quam sive ex hujus neglectu, sive illius continuatione, in usum Fisci, mulctationem. Ita distinguit Marelius inter vocationem quae fit à Deo, & quae fit à ministro. Nec concedit, omnes vocari à DEO, qui à ministerio e.c. Apostolico, per verbum & sacramenta, quae & his similia quod in fanaticas s. Enthusiasticas partes abeant, rectè observavit ex ipsis domesticis Dallæus. Statuit quidem Bergius in hoc dogmate facilem, & sine obstaculo dogmatico Syncretismo viam, in tr. cui titulus: *Der Wille Gottes von aller Menschen Seeligkeit*: sed habet ibi, quae & Dordracenis, & tum ante, tum post Dordracenis contraria, sunt, & in quibus nec cum Calvinianis absolutis, nec hypotheticis illi convenit, sic ut ex illo constantem Reformatorem Ecclesiae in hoc dogmate mentem praesumere non liceat.

§. 21. Accedit (3) quod recessus ille particularis ita sit comparatus, ut sive ad oppositum latus Pelagianum justo plus inclinaverit, sive ad alterum Praedestinatianorum litus iniquum, à quo abiisse longè videri volebat, denuò appulerit, vel saltim nunquam sincerà satis fide hoc declinaverit. Ita Moses Amyraldus in hypothesi praedicationis universalis, & fidei naturalis supposita, ad Pelagianum vel Puccianum latus: in distinctione autem gratiae communis *objectiva*, & Electis propriae *subjectiva*, illius, quae creditur, hujus, quae creditur, ad Praedestinatianorum litus declinat. Ita Lud. Crocius vehemens defensor *universalis gratiae* & *hujus sufficientis*, largâ manu concessum destruit rursus, protestatus sentire se cum Dordracenis Nassovio-Wetteravicis, quorum sententiam jam supra consignavimus. Agnoscunt sc. *bi gratiam universalem sufficientem* non simpliciter: sed saltem (1) *secundum quid*, ob abstractam tractionem & illuminationem internam (2) *sufficientem ad avamtojian*, non ad salutem. Si enim quaeratur, quare non sit sufficiens simpliciter &

efficax? respondent illis scripturæ: e. c. illo Servatoris Matth. II. 26. *ἔτι, εὐδοκία ᾧ θεῷ, vel illo Paulino: ὅν θέλει ἐλεῆ, vel altero, ὡ βάλος Rom. 9. 18. c. II. 33.* Porro in ipsâ prædicatione, gratiam s. virtutem conversivam non æqualem statuunt: sed apud quosdam, *saltem sufficientem*, apud alios abundantem, *efficacem*, invincibilem, *irresistibilem*, & hanc solis electis *ex absoluto beneplacito* propriam. Et à nobis quoq; inæqualitas quidem à parte Dei conceditur in dispensatione & œconomiâ: non autem in ordinariâ *universalis, vocationis magis*, quàm *dilectionis gratiâ*: prout nec negatur specialis Electorum gratia vel gratiæ gradus, quem perseverantem dicimus: sed negatur hic, citra prævisionem reiectionis graduum gratiæ antecedentium, cuiquam mortalium *absolute* à Deo denegatus.

§. 22. Ita Johannes Davenantius non concoquere posse visus absolutum reprobationis decretum, statuit reprobis quoque *tantam gratiæ supernaturalis mensuram concedi, quanta proficere potuisset ad illorum salutem gradatim promovendam, nisi suâ voluntariâ culpâ obicem posuissent divine gratiæ operationibus.* Ceterum & subscripsit ille Dordracenis Canonibus & in judicio Theologorum magnæ Britanniæ p. 492. 494. (ubi & distinctio inter decretum gloriæ respectivum ad fidem, & electionem, velut actum absoluti beneplaciti decreto anteriorē) p. 495. 502. non mentem solùm: sed & linguâ Calvinianâ ostendit, qui tamen inter subscriptores Britannos *δὲ τῆς* fuit vid. p. 505. in Act. Dord. Contrarem. Quin haut apparet, quid prosit hîc paucorū consensus, postquam non synodus solùm Dordracena obstat: sed & post Synodum, Dd Reformat. ipsâ synodo longè duriores, & mentis tamen Synodiciæ Interpretes: quales non exteri solùm Calviniani, Maresius, Spanhemius, Retorfortis, Rivetus: sed & propiores, Anhaltini, Cassellani Syncretistæ, & Francofurtani, prout ex scriptis horum publicè constat.

SECTIO

Ad  
Prestantissimum

DN. RESPONENTEM,

**S**ic tibi Clara *Pátris* surgit de funere fama  
Quemque colis, factis nunc imitatis Avum  
Non fatis est Aquilis, rostro si pullus adunco  
Exprimat, aut plumis ora paterna suis  
(Sæpe tegit pavidas facies aquilina Columbas  
Plumaque degenerem regia celat avem)  
Nam Pater implumes convertit ad æthera nidos  
Ardentes radios consuluisse juvat  
Projicit, adversi spectet nisi luminis Auram  
Rex avium prolem, nec putat esse suam  
Exploratores per claro Lumine soles  
Natorum vires ingeniumque probat,  
Nutritur volucrumque potens & fulminis hæres  
Sustinuit quisquis lumine, forte jubar.  
Et tu non facie solâ, non nomine solo  
(Alcidæ qualis filius Hyllus erat)  
Quin magis, obtutu fixo dum respicis ignes  
Et discis quod non ante patebat iter,  
Prælude virtute tuâ, Patris instar Aviç;  
Promittis Patriæ (quod vovet ipsa) Rosæ  
Gratia cœlestis divinus & ordo salutis  
Materies tibi nunc prima laboris erit.  
Quid non debemus Chariti, quæ prima salutis  
Porta, REDEMTOREM Gentibus alma dedit?  
Quæ cunctos magis atq; magis revocatq; trahitq;  
Seria, quodque foris, non minùs intus, agit  
Quæ cupit æternâ non ullum morte perire  
Funeris ut multi sunt sibi causa sui

Et


Et sic. justitiæ majestas constet in orbe  
 Ut facit haut iræ tristia vasa suæ.  
 Fas illam celebrare Charin, calamoque sonoque  
 Et fas, de sancto scribere sancta DEO  
 Fas conjuratæ secreta resolvere Stoæ  
 Per quæ contrahitur GRATIA summa DEI  
 Fingitur in miseros odium crudele Tyranni  
 Gratia quos cœli seria nulla vocet.  
 Quin quos innumeros Cœlum prædestinet Orco  
 Prætereatque DEUS. Cur? *quia sic placuit.*  
 Dordracenorum fas omnia ferre sub auras  
 Si qua tegunt Canones, judiciisque probant  
 Ambiguos sensus, nodos cinerique doloso  
 Suppositos ignes, scire, notare juvat.  
 Hæc nunc QVISTORPI tibi constat publica cura  
 Quis dubitet? Cœli Gratia summa favet  
 GRATIA (sic precor) æternum Te Celsa tonantis  
 Servet & immemorem non sinat esse sui!  
 Non decus est studio, si non hæc GRATIA constat,  
 Si constat, quantum Numinis instar erit!  
 Sic facias! Sic in Te magnus Avus, Genitorque  
 Mortuus ut, Phoenix incipit esse tibi.


*Honori & amori quod debuit nec minus posthumæ & beatæ  
 recordationi duorum celeberrimorū QVISTORPIORUM,  
 Avi, & Patrū, Collegarum olim honoratissimorum, Juveni  
 QVISTORPIO, hujus Filio, illius Nepoti floridissimo, Stu-  
 dii Theologici publica signa daturō,*


L. M. Q.

AUGUSTUS VARENIUS.













sepe non tam intendit actus sive prohibiti intermissi  
 dati praestationem, quam sive ex bujus neglectu, si-  
 vione, in usum Fisci, multationem. Ita distinguit Ma-  
 cationem qua fit à Deo, & qua fit à ministro. Nec  
 vocari à DEO, qui à ministerio e.c. Apostolico, pe-  
 cramenta, quæ & his similia quod in fanaticas  
 partes abeant, rectè observavit ex ipsis domesti-  
 tuit quidem Bergius in hoc dogmate facilem, &  
 dogmatico Syncrètismo viam, in tr. cui titulus  
 Gottes von aller Menschen Seeligkeit: sed  
 & Dordracenis, & tum ante, tum post Dordrac  
 sunt, & in quibus nec cum Calvinianis absolutis,  
 cis illi convenit, sic ut ex illo constantem Reforma-  
 in hoc dogmate mentem praesumere non liceat.

§. 21. Accedit (3) quod recessus ille pa-  
 comparatus, ut sive ad oppositum latus Pelagia  
 inclinaverit, sive ad alterum Prædestinatio-  
 quum, à quo abiisse longè videri volebat, denuo  
 saltim nunquam sincerâ satis fide hoc declinaverit.  
 Amyraldus in hypothesi prædicationis universa-  
 turalis suppositæ, ad Pelagianum vel Puccianum  
 ctione autem gratiæ communis *objectiva*, & Elec-  
*jectiva*, illius, quæ creditur, hujus, quæ creditur  
 natianorum litus declinat. Ita Luci. Crocius ve-  
 for *universalis gratiæ & bujus sufficientis*, largâ ma-  
 destruit rursus, protestatus sentire se cum Dordrac  
 Wetteravicis, quorum sententiam jam supra c  
 Agnoscunt sc. b. gratiam universalem sufficientem, u-  
 sed saltem (1) *secundùm quid*, ob abstractam trac-  
 minationem internam (2) *sufficientem ad àvz mdoz*  
*lutem*. Si enim quærat, quare non sit sufficiens

X 2

